

Cronologia essenziale

753 (21 aprile) : fondazione di Roma (data varroniana)

509: inizio della repubblica, dopo la cacciata di Tarquinio il Superbo

451-50: Leggi delle XII tavole

390: presa di Roma da parte dei Galli

264-241: I guerra punica

240: prima opera teatrale (Livio Andronico)

218-201: II guerra punica

146: Distruzione di Cartagine e Corinto


133 e 123: tribunati dei Gracchi

90-88: guerra italica; cittadinanza agli Italici

44: morte di Giulio Cesare

31: Battaglia di Azio

27: *Restitutio reipublicae*; Ottaviano diviene Augusto



Lingue dell'Italia antica.



Il latino lingua indoeuropea

- essere gr. εἶμι < εἶσ-μι ted. *sein* (ingl. *be*, cfr. lat. *fui*, gr. φῦω, russo БЫТЬ, *bhu-) lat. *es-se*
- avere lat. *habeo* ingl. *have*, ted. *haben* (forse però connessi ad altra rad., *kap- da cui *cipio*)
- padre, *pater, father, πατήρ*, osco *fatir* IE *pater-
- fratello, *frater, brother, Bruder, φρατήρ*, IE *bhrat-
- lupo, *lupus, λύκος, wolf, Wulf*, IE *lyk^wo-
- cane, *canis, κῠων, hound, Hund*

Fonetica:

- IE *bh: il sanscrito lo conserva; in greco diventa φ; in latino *f*- iniziale, e *-b*- centrale:
sanskrito *bhratar* (paragoni con inglese e tedesco), greco φρατήρ, latino *frater* (ma in posizione centrale, sanscrito *lubh-yati*, lat. *lubet*)
- Esiti di labiovelari: gr. τις latino *quis* ittita *kuiš*; IE *penk^we gr. πέντε lat. *quinque* sscr. *pāñca* gotico *fimf*
- Esiti di *-s-* intervocalico: greco arcaico οἰκι-αων (attico οἰκι-ων) e lat. *famili- arum* derivano entrambi da *-asom

Morfologia:

- nella prima decl., genitivo arcaico *famili-as*, analogo al greco οἰκι-ας; poi il lat. va per conto suo e conforma la prima declinazione alla seconda: *famili-a-i* (poi *familiae*) come *lup-i*. Inversamente, nella seconda il gen. plur. era originariamente *-um* (ad es. *triumvirum*), sostituito da *-orum* per analogia con *-arum* della prima.

Sintassi

- riduzione del sistema originario di otto casi, conservato solo dal sanscrito. In latino, locativo > genitivo e ablativo; strumentale > ablativo.
- *perfetti con alternanze vocaliche (lego legi, venio veni) e raddoppiamenti (tango tetigi) sia in latino che in greco, con varie forme.*

1) Umbro e latino: *Tabulae Iguvinae I A 7 ss.*

umbro	trad. latina	trad. italiana
pusveres Treplanes tref sif kumiaf feitu Trebe Iuvie ukriper Fisiu, tutaper Ikuvina	<i>post portam Trebulanam tres sues gravidas facito Trebo Iuvio pro arce Fisia pro civitate Iguvina</i>	“Fuori dalla porta trebulana sacrificherai a Giove Trebio tre scrofe gravide per la salvezza della rocca di Fisia e della città Iguvina

2) Alcune differenze fonologiche e morfologiche tra osco-umbro e latino:

	osco-umbro	latino
trattamento delle labiovelari	<i>pis, bivus</i>	<i>quis, vivus</i>
trattamento di occlusive aspirate <i>bh, dh</i>	<i>tefe, mefiai</i>	<i>tibi, media</i>
<i>kt</i> e <i>pt</i> in latino = <i>ht</i> e <i>ft</i> in osco	<i>Uhtavius, scriptas</i>	<i>Octavius, scriptas</i>
desinenze di nom. pl. I e II decl.	<i>-as, -os</i> originarie	<i>-ai (-ae), -oi (-i)</i> dei pronomi

3) Ovidio, *Fasti* 2,477

*Proxima lux vacua est; at tertia dicta Quirino,
qui tenet hoc nomen (Romulus ante fuit),
sive quod hasta 'curis' priscis est dicta Sabinis
(bellicus a telo venit in astra deus);
sive suum regi nomen posuere Quirites...*

4) Servio ad *Aen.* 3,235: *Sabini et Umbri quae nos mala, dira appellant*5) Varrone, *De lingua latina* 7,28

In carmine Priami quod est: 'veteres Casmenas cascam rem volo profari': et primum cascum significat vetus, secundo eius origo sabina, quae usque radices in oscam linguam egit. cascum vetus esse significat Ennius quod ait: 'quam prisci casci populi genuere Latini.' eo magis Manilius quod ait: 'cascum duxisse cascam non mirabile est, quoniam cariosas conficiebat nuptias.' item ostendit Papini epigrammation, quod in adolescentem fecerat Cascam: "ridiculum est, cum te cascam tua dicit amica, fili Potoni, sesquisenex puerum.

5a) Cicerone, *De oratore* 3,42 - 46

rustica vox et agrestis quosdam delectat, quo magis antiquitatem, si ita sonet, eorum sermo retinere videatur [...]. Quare Cotta noster... non mihi oratores antiquos, sed messoros videtur imitari

5b) Catullo 84,1-4

*Chomoda dicebat, si quando commoda vellet
dicere, et insidias Arrius hinsidias,
et tum mirifice sperabat se esse locutum,*

cum quantum poterat dixerat hinsidias

6) Livio 9,36,3

*habeo auctores volgo tum Romanos pueros, sicut nunc Graecis, ita **Etruscis litteris** erudiri solitos*

7) Varrone, De lingua latina 5,55

*Ager Romanus primum divisus in partis tris, a quo tribus appellata **Titiensium, Ramnium, Lucerum**. Nominatae, ut ait Ennius, Titienses ab Tatio, Ramnenses ab Romulo, Luceres, ut Iunius, ab Lucumone; sed omnia h<a>ec **vocabula tusca***

8) Livio 7,2:

*cum vis morbi nec humanis consiliis nec ope divina levaretur, victis superstitione animis **ludi** quoque **scenici** - nova res bellicoso populo, nam circi modo spectaculum fuerat - inter alia caelestis irae placamina instituti dicuntur; ceterum parva quoque, ut ferme principia omnia, et ea ipsa peregrina res fuit. Sine carmine ullo, sine imitandorum carminum actu ludiones **ex Etruria** acciti, ad tibicinis modos saltantes, haud indecoros motus **more Tusco** dabant. Imitari deinde eos iuventus, simul inconditis inter se iocularia fundentes uersibus, coepere; nec absoni a voce motus erant. Accepta itaque res saepiusque usurpando excitata. Vernaculis artificibus, quia **ister** Tusco verbo ludio vocabatur, nomen **histrionibus** inditum; qui non, sicut ante, Fescennino versu similem incompositum temere ac rudem alternis iaciebant, sed impletas modis saturas descripto iam ad tibicinem cantu motuque congruenti peragebant.*

9) Iscrizione votiva da Lavinio, VI sec. a.C. (ILLRP 2, 1271a)



Castorei Podlouqueique | quouis

10) Cicerone, Ad familiares 9,22,3:

*Cum loquimur 'terni', nihil flagiti dicimus; at cum '**bini**', obscenum est? '**Graecis quidem**' inquires. Nihil est ergo in verbo, quoniam et ego Graece scio et tamen tibi dico '**bini**', idque tu facis quasi ego Graece non Latine dixerim.*

10b) Augusto, lettera a Mecenate conservata da Macrobio:

Vale meli gentium, +mecule+, ebur ex Etruria, lasar Arretinum, adamas supernas, Tiberinum margaritum, Cilneorum zmaragde, iaspi figulorum, berulle Porsenae, carbunculum habeas, ἵνα συντέμω πάντα, μάλαγμα moecharum.

11) Valerio Massimo, Memorabilia 2,2,2

*Magistratus vero prisca quantopere suam populique Romani maiestatem retinentes se gesserint hinc cognosci potest, quod inter cetera obtinendae gravitatis indicia illud quoque magna cum perseverantia custodiebant, ne **Graecis** umquam nisi **latine** responsa darent. Quin etiam ipsos linguae volubilitate, qua plurimum valent, excussa per interpretem loqui cogebant non in urbe tantum nostra, sed etiam in Graecia et Asia, quo scilicet Latinae vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur. Nec illis deerant studia doctrinae, sed nulla non in re pallium togae subici debere arbitrabantur, indignum esse existimantes inlecebris et suavitati litterarum imperii pondus et auctoritatem donari.*

11b) Svetonio, Tiberio 71


Sermone Graeco quamquam alioqui promptus et facilis, non tamen usque quaque usus est abstinuitque maxime in senatu; adeo quidem, ut monopolium nominaturus ueniam prius postularet, quod sibi uerbo peregrino utendum esset. atque etiam cum in quodam decreto patrum ἔμβλημα recitaretur, commutandam censuit uocem et pro peregrina nostratem requirendam aut, si non reperiretur, uel pluribus et per ambitum uerborum rem enuntiandam.

12) Da Falerii (Civita Castellana), in Falisco, scritto su una patera:

foied vino pipafo cra carefo = hodie vinum bibam cras carebo

Ovidio *Fasti* 4,73 s. *venerat ... Halaesus, / a quo se dictam terra Falisca putat.*

13) Fibula praenestina (spilla in oro, da una tomba di Preneste) (VII-VI sec. a.C.?)



MANIOS MED FHEFAKED NUMASIOI = Manius me fecit Numerio

14) Festo, De uerborum significatione 356

*Tongere Aelius Stilo ait noscere esse, quod **Praenestini** tongitionem dicant pro notionem*

15) CIL I² 4 – Cippo del Foro (*Lapis niger*) : circa 500 a.C.



QUOI HON... SAKROS ESED... REGEI
KALATOREM... IOUXMENTA
KAPIA... IOUESTOD

QUI HUNC... SACER ESTO... REGI
CALATOREM... IUMENTA
CAPIAT... IUSTO

Festo, *De significatione verborum* 177 *Niger lapis in Comitio locum funestum significat...Romuli morti destinatum*

Cicerone, *De divinatione* 2,77 *nos augures praecipimus, ne iuges auspiciam obveniat, ut iumenta iubeant diiungere.*

16) CIL I² 4 – Vaso di Dueno (V secolo?)



IOVESAT DEIVOS, QOI MED MITAT NEI TED ENDO COSMIS VIRCO SIET
ASTED NOISI OPE TOITESIAI PACARI VOIS
DUENOS MED FECED EN MANOM EINOM DUENOI NE MED MALO STATOD
BONUS ME FECIT...

17) Polibio, *Storie* 3,22

Il primo trattato tra Romani e Cartaginesi fu concluso ai tempi di Lucio Giunio Bruto e Marco Orazio, i primo consoli in carica dopo la cacciata dei re, quelli che consacrarono il tempio di Giove Capitolino (509-508 a.C.)... Trascrivo più sotto il testo che ho cercato di interpretare con la maggiore esattezza possibile;


ma tanta differenza intercorre fra la lingua arcaica dei Romani e quella attuale, che solo specialisti esperti, dopo attento esame, riescono a capirne qualche cosa.

18) CIL I² 2 – *Carmen arvale*

enos Lases iuvate (ter)
 neve lue rue Marmar sins incurrere in pleores! (ter)
 satur fu, fere Mars, limen sali, sta berber (ter)
 semunis alternei advocapit conctos (ter)
 enos Marmor iuvato (ter)
 triumpe triumpe (ter)

Ahinoi aiutateci Lari
 Non permettete che peste o rovina affliggano il popolo
 Sii sazio, crudele Marte, balza sulla soglia e restaci
 Chiamaci tutti i Semoni uno alla volta
 Ahinoi Marte aiutaci
 Triumpe

19) CIL I² 9 – Elogio di Lucio Cornelio Scipione, cos. 259 a.C.



HONC OINO PLOIRVME COSENTIONT R[omai]
 DVONORO OPTVMO FVISE VIRO
 LVCIONM SCIPIONE FILIOS BARBATI
 CONSOL CENSOR AIDILIS HIC FVET A[pud vos]
 HEC CEPIT CORSICA ALERIAQVE VRBE
 DEDET TEMPESTATEBVS AIDE MERETO[d]

Hunc unum plurimi consentiunt Romani (or Romae)
 bonorum optimum fuisse virum virorum,
 Lucium Scipionem. Filius (erat) Barbati,
 Consul, Censor. Aedilis hic fuit apud vos.
 Hic cepit Corsicam Aleriamque urbem;
 dedit tempestatibus aedem merito votam.

20) Elogio di Lucio Cornelio Scipione Barbato (padre del precedente, cos. 298)

CORNELIVS LVCIVS SCIPIO BARBATVS
GNAIVOD PATRE PROGNAVVS FORTIS VIR SAPIENSQVE
QVOIVS FORMA VIRTUTEI PARIVMA FVIT
CONSOL CENSOR AIDILIS QVEI FVIT APVD VOS
TAVRASIA CISAUNA SAMNIO CEPIT
SVBIGIT OMNE LOVCANAM OPSIDESQVE ABDOVCIT

21) Preghiera per la purificazione dei campi (Catone, *De agri cultura* 141,3)

Mars pater, te precor quaesoque,

...

*uti tu morbos visos invisosque,
viduertatem vastitudinemque,
calamitates intemperiasque
prohibessis defendas averruncesque...*

22) Oralità e scrittura

Agostino, *Conf.* 6,3,3 [parla del modo di leggere di Ambrogio] *vox autem et lingua quiescebant... sic eum legentem vidimus tacite et aliter numquam.*

Orazio diceva di Lucilio (*Sat.* 1,4,9-10) che *nam fuit hoc vitiosus: in hora saepe ducentos, / ut magnum, versus dictabat stans pede in uno.*

Seneca *ep.* 40,1 *Nam quod in conspectu dulcissimum est, id amici manus epistulae impressa praestat, agnoscere.*

23) Iscrizioni pompeiane

CIL IV 3572 = ILS 6400:

*L(ucium) Rusticelum Celerem II vir(um) i(ure) d(icundo) iter(um)
d(ignum) r(ei) p(ublicae) o(ro) v(os) f(aciatis).*

CIL IV 3471 = ILS 6401 (Iscrizione sulla parete della casa di Vesonio Primo):

*C. Gavium Rufum II vir(um) o(ro) v(os) f(aciatis)
utilem r(ei) p(ublicae), Vesonius Primus rogat.*

CIL IV 3702 = ILS 6405:

*Bruttium Balbum II vir(um)
Gen[ialis] / r[og(at)].
Hic aerarium conservabit.*

CIL IV 429 = ILS 6412e:

*C. Iulium Polybium
aed(ilem) o(ro) v(os) f(aciatis), panem bonum fert.*

CIL IV 3529 = ILS 6408b

M. Pupium Rufum

Il vir(um) i(ure) d(icundo) d(ignum) r(ei) p(ublicae) o(ro) v(os) f(aciatis).

Mustius fullo facit

et dealbat. Scripsit unicus s[ine] reliq(uis) sodalib(us).

CIL IV 1904 (pareti della Basilica, del Teatro e dell'Anfiteatro di Pompei):

*Admiror, paries, te non cecidisse ruina,
qui tot scriptorum taedia sustineas.*

CIL IV 5092, sul peristilio di una casa nella *via Veneria* (incompiuto il v. 6):

*amoris ignes si sentires, mulio
magis properares, ut videres Venerem.
Diligo puerum [poi corr. in iuvenem] venustum. Rogo, punge, iamus.
Bibisti: iamus. Prende lora et excute,
Pompeios defer, ubi dulcis est amor.
Meus est.*

CIL IV 23000

*amat qui scribet, pedicatur qui leget
qui opscultat prurit, paticus est qui praeterit
ursi me comedant, et ego verpa qui lego*

CIL IV 5296

*o utinam liceat collo complexa tenere
braciola et teneris oscula ferre labris.
I nunc, <et> uentis tua gaudia, pupula, crede:
<pupula>, crede mihi, leuis est natura uirorum.
Saepe ego sub media uigilabam, perdita, nocte
haec mecum meditans: "multos [Fortuna] quos supstulit ante,
Fors modo proiectos [subito] praecipitesque premit;
sic Venus ut subito coniunxit corpora amantum,
diuellit lux, et se...*

5

24) Tavolette di Vindolanda

Invito ad una festa di compleanno

*Cl(audia) Severa Lepidinae [suae] / [sa]l[u]tem. / III Idus Septembr[e]s, soror,
ad diem / sollemnem natalem meum rogo / libenter facias ut venias / ad nos,
iucundiosem mihi // [diem] interventu tuo factura, si [a]d[er]is (?). / Cerial[em]
t]uum saluta. Aelius meus [---] / et filiolus salutant. / Sperabo te, soror. / Vale
soror, anima / mea, ita valeam, karissima, et have. // Sulpiciae Lepidinae /
Cerialis / a S[e]vera.*

Ottavio chiede soldi al fratello Candido

*...aliquotiens tibi scripseram spicas me emisse prope m(odios) quinque milia
propter quod (denarii) mihi necessari sunt. nisi mittis mi aliquid (denariorum)*

minime quingentos futurum est ut quod arre dedi perdam (denarios) circa trecentos et erubescam. ita rogo quam primum aliquit (denariorum) mi mitte...

25) Chiacchiere di liberti (Petronio, *Satyricon*)

45,1 'Oro te' inquit Echion centonarius 'melius loquere. **2** "Modo sic, modo sic" inquit rusticus; varium porcum perdiderat. Quod hodie non est, cras erit: sic vita truditur. **3** Non mehercules patria melior dici potest, si homines haberet. Sed laborat hoc tempore, nec haec sola. Non debemus delicati esse, ubique medius caelus est. **4** Tu si aliubi fueris, dices hic porcos coctos ambulare. Et ecce habituri sumus munus eccellente in triduo die festa; familia non lanistica, sed plurimi liberti. **5** Et Titus noster magnum animum habet et est caldicerebrius: aut hoc aut illud, erit quid utique. Nam illi domesticus sum, non est mixcix. **6** Ferrum optimum daturus est, sine fuga, carnarium in medio, ut amphitheater videat. Et habet unde: relictum est illi sestertium trecenties, decessit illius pater. Male! Ut quadringenta impendat, non sentiet patrimonium illius, et sempiterno nominabitur. **7** Iam Manios aliquot habet et mulierem essedariam et dispensatorem Glyconis, qui deprehensus est, cum dominam suam delectaretur. Videbis populi rixam inter zelotypos et amasiunculos. **8** Glyco autem, sestertiarus homo, dispensatorem ad bestias dedit. Hoc est se ipsum traducere. Quid servus peccavit, qui coactus est facere? Magis illa matella digna fuit quam taurus iactaret. Sed qui asinum non potest, stratum caedit. **9** Quid autem Glyco putabat Hermogenis filicem umquam bonum exitum facturam? Ille milvo volanti poterat ungues resecare; colubra restem non parit. Glyco, Glyco dedit suas; itaque quamdiu vixerit, habebit stigmam, nec illam nisi Orcus delebit. **10** Sed sibi quisque peccat. Sed subolfacio, quia nobis epulum daturus est Mammea, binos denarios mihi et meis. Quod si hoc fecerit, eripiet Norbano totum favorem. Scias oportet plenis velis hunc vinciturum. **11** Et revera, quid ille nobis boni fecit? Dedit gladiatores sestertiaros iam decrepitos, quos si sufflasses cecidissent; iam meliores bestiarios vidi. Occidit de lucerna equites, putares eos gallos gallinaceos; alter burdubasta, alter loripes, tertiarus mortuus pro mortuo, qui habe<ba>t nervia praecisa.

12 Unus alicuius flaturae fuit Thraex, qui et ipse ad dictata pugnavit. Ad summam, omnes postea secti sunt; adeo de magna turba "adhibete" acceperant, plane fugae merae. **13** "Munus tamen" inquit "tibi dedi": et ego tibi plodo. Computa, et tibi plus do quam accepi. Manus manum lavat.

46,1 Videris mihi, Agamemnon, dicere: "Quid iste argutat molestus?" Quia tu, qui potes loquere, non loquis. Non es nostrae fasciae, et ideo pauperorum verba derides. Scimus te prae litteras fatuum esse. **2** Quid ergo est? Aliqua die te persuadeam, ut ad villam venias et videas casulas nostras? Inveniemus quod manducemus, pullum, ova: belle erit, etiam si omnia hoc anno tempestas depravavit: inveniemus ergo unde saturi fiamus. **3** Et iam tibi discipulus crescit cicaro meus. Iam quattuor partis dicit; si vixerit, habebis ad latus servulum. Nam quicquid illi vacat, caput de tabula non tollit. Ingeniosus est et bono filo, etiam si in aves morbosus est. **4** Ego illi iam tres cardeles occidi, et dixi quia mustella comedit. Invenit tamen alias nenias, et libentissime pingit. **5** Ceterum iam Graeculis calcem impingit et Latinas coepit non male appetere, etiam si magister eius sibi placens fit nec uno loco consistit. **6** Scit quidem litteras, sed non vult laborare. Est et alter non quidem doctus, sed curiosus, qui plus docet quam scit. Itaque feriatis diebus solet domum venire, et quicquid dederis, contentus est. **7** Emi ergo nunc puero aliquot libra rubricata, quia volo illum ad domusionem aliquid de iure gustare. Habet haec res panem. Nam litteris satis inquinatus est. Quod si resilierit, destinavi illum artificium docere, aut tonstrinum aut praeconem aut certe causidicum, quod illi auferre non possit nisi Orcus. **8** Ideo illi cotidie clamo: "Primigeni, crede mihi, quicquid discis, tibi discis. Vides Phileronem causidicum: si non didicisset, hodie famem a labris non abigeret. Modo modo collo suo circumferebat onera venalia, nunc etiam adversus Norbanum se extendit. Litterae thesaurum est, et artificium numquam moritur".'

26) Sermo cotidianus in Apuleio

- a) 1,21 *Inibi iste Milo deversatur ampliter nummatus et longe opulentus verum extremae avaritiae et sordis infimae infamis homo, foenus denique copiosum sub arrabone auri et argenti crebriter exercens, exiguo Lare inclusus et aerugini semper intentus, cum uxorem etiam calamitatis suae comitem habeat. Neque praeter unicam pascit ancillulam et habitu mendicantis semper incedit.*
- b) 1,17 *inrumpit, credo studio rapiendi*
- c) 1,18 *Verum tamen et ipse per somnium iugulari visus sum mihi, nam et iugulum istum dolui et cor ipsum mihi avelli putavi, et nunc etiam spiritu deficior et genua quatuor et gradu titubo et aliquid cibatus refovendo spiritu desidero.*
- d) 2,26 *Immo inquam, domina, de famulis tuis unum putato (sott. me)*
- e) 7,9; 10,1 *ducatus*
- f) 4,3 *canes... ursis ac leonibus ad compugnandum idoneos*
- g) *comparare = "acquistare"*
- h) 5,31 *quod aetatem portat bellule, puer tibi semper videtur?*
- i) 6,23 *adulescentem istum quod manibus meis alumnatus sim profecto scitis*
- j) 2,7 *Tunc illa lepida alioquin et dicacula puella: 'Discede,' inquit 'miselle, quam procul a meo foculo, discede. Nam si te vel modice meus igniculus afflaverit, ureris intime nec ullus extinguet ardorem tuum nisi ego, quae dulce condiens et ollam et lectulum suave quaterere novi.'*

27) Plauto, Casina: Prologo (vv. 1-88)

*Salvere iubeo spectatores optumos,
fidem qui facitis maxumi, et vos Fides.
si verum dixi, signum clarum date mihi,
ut vos mi esse aequos iam inde a principio sciam.
qui utuntur vino vetere sapientis puto 5
et qui libenter veteres spectant fabulas;
<atque> antiqua opera et verba cum vobis placent,
aequom est placere ante <alias> veteres fabulas:
nam nunc novae quae prodeunt comoediae 10
multo sunt nequiores quam nummi novi.
nos postquam populi rumore intelleximus
studiose expetere vos Plautinas fabulas,
antiquam eius edimus comoediam,
quam vos probastis qui estis in senioribus;
nam iuniorum qui sunt non norunt, scio; 15
verum ut cognoscant dabimus operam sedulo.
haec cum primum acta est, vicit omnis fabulas.
ea tempestate flos poetarum fuit,
qui nunc abierunt hinc in communem locum.
sed tamen absentes prosunt <pro> praesentibus. 20*

*vos omnes opere magno esse oratos volo,
benigne ut operam detis ad nostrum gregem.
eicite ex animo curam atque alienum aes
ne quis formidet flagitatorem suom:*
ludi sunt, ludus datus est argentariis; 25
*tranquillum est, Alcedonia sunt circum forum:
ratione utuntur, ludis poscunt neminem,
secundum ludos reddunt autem nemini.
aures vocivae si sunt, animum advortite:
comoediai nomen dare vobis volo.* 30
*Clerumenoe vocatur haec comoedia
graece, latine Sortientes. Deiphilus
hanc graece scripsit, post id rursum denuo
latine Plautus cum latranti nomine.*
senex hic maritus habitat; ei est filius, 35
*is una cum patre in illisce habitat aedibus.
est e/i quidam servos, qui in morbo cubat,
immo hercle vero in lecto, ne quid mentiar;
is servos – sed abhinc annos factum est sedecim,
quom conspicatust primulo crepusculo* 40
*puellam exponi – adit extemplo ad mulierem
quae illam exponebat, orat ut eam det sibi:
exorat, aufert; detulit recta domum,
dat erae suae, orat ut eam curet, educet.*
era fecit, educavit magna industria, 45
*quasi si esset ex se nata, non multo secus.
postquam ea adolevit ad eam aetatem, ut viris
placere posset, eam puellam hic senex
amat efflictim, et item contra filius.*
nunc sibi uterque contra legiones parat, 50
*paterque filiusque, clam alter alterum:
pater adlegavit vilicum, qui posceret
sibi istanc uxorem: is sperat, si ei sit data,
sibi fore paratas clam uxorem excubias foris;
filius is autem armigerum adlegavit suom,* 55
*qui sibi eam uxorem poscat: scit, si id impetret,
futurum quod amat intra praesepis suas.
senis uxor sensit virum amori operam dare,
propterea una consentit cum filio.*
ille autem postquam filium sensit suom 60
*eandem illam amare et esse impedimento sibi,
hinc adulescentem peregre ablegavit pater;
sciens ei mater dat operam absenti tamen.
is, ne exspectetis, hodie in hac comoedia
in urbem non redibit: Plautus noluit,* 65
*pontem interruptit, qui erat ei in itinere.
sunt hic, inter se quos nunc credo dicere:
'quaeso hercle, qui/d istuc est? serviles nuptiae?*

*servin uxorem ducent aut poscent sibi?
novom attulerunt, quod fit nusquam gentium.'* 70
*at ego aio id fieri in Graecia et Carthagini,
et hic in nostra terra in Apulia;
maioreque opere ibi serviles nuptiae
quam liberales etiam curari solent;
id ni fit, mecum pignus si quis volt dato* 75
*in urnam mulsi, Poenus dum iudex siet
vel Graecus adeo, vel mea causa Apulus.
quid nunc? nihil agitis? sentio, nemo sitit.
revortar ad illam puellam expositiciam:
quam servi summa vi sibi uxorem expetunt,* 80
*ea invenietur et pudica et libera,
ingenua Atheniensis, neque quicquam stupri
faciet profecto in hac quidem comoedia.
mox hercle vero, post transactam fabulam,
argentum si quis dederit, ut ego suspicor,* 85
*ultro ibit nuptum, non manebit auspices.
tantum est. valete, bene rem gerite et vincite
virtute vera, quod fecistis antidhac.*

28) Gellio 16,7 (sulla lingua di Laberio)

- 1** Laberius in mimis, quos scriptitavit, oppido quam verba finxit praelicenter. **2** Nam et 'mendicimonium' dicit et 'moechimonium' et 'adulterionem' 'adulteritatem' que pro 'adulterio' et 'depudicavit' pro 'stupravit' et 'abluvium' pro 'diluvio' et, quod in mimo ponit, quem Cophinum inscripsit, 'manuatus est' pro 'furatus est' **3** et item in Fullone furem 'manuarium' appellat: 'manuari,' inquit 'pudorem perdidisti',
- 4** multaque alia huiusmodi novat. Neque non obsoleta quoque et maculantia ex sordidiore vulgi usu ponit, quale est in Staminariis: tollet bona fide vos Orcus nudas in catomum.
- 5** Et 'elutriare lintea' et 'lavandaria' dicit, quae ad lavandum sint data, et: 'coicior' inquit 'in fullonicam',
- et
quid properas? ecquid praecurris Calidonium?
- 6** Item in Restione 'talabarrunculos' dicit, quos vulgus 'talabarriones'; **7** item in Compitalibus: malas malaxavi;
- 8** item in Cacomnemone: 'hic est' inquit 'ille gurdus, quem ego me abhinc menses duos ex Africa venientem excepisse tibi narravi.'
- 9** Item in mimo, qui inscribitur Natalicius, 'cippum' dicit et 'obbam' et 'camellam' et 'pittacium' et 'capitium': 'induis' inquit 'capitium tunicae pittacium.'
- 10** Praeterea in Anna Peranna 'gubernium' pro 'gubernatore' et 'planum' pro 'sycophanta' et 'nanum' pro 'pumilione' dicit; quamquam 'planum' pro

'sycophanta' M. quoque Cicero in oratione scriptum reliquit, quam pro Cluentio dixit. **11** Atque item in mimo, qui Saturnalia inscriptus est, 'botulum' pro 'farcimine' appellat et 'hominem levennam' pro 'levi'. **12** Item in Necyomantia 'cocionem' pervulgate dicit, quem veteres 'arillatorem' dixerunt. Verba Laberi haec sunt:

*duas uxores? hercle hoc plus negoti est, inquit cocio;
sex aediles viderat.*

13 Sed enim in mimo, quem inscripsit Alexandream, eodem quidem, quo vulgus, sed probe Latineque usus est Graeco vocabulo: 'emplastrum' enim dixit ουθετέρω, non genere feminino, ut isti novicii semidocti. **14** Verba ex eo mimo adposui:

quid est ius iurandum? emplastrum aeris alieni.

29) Un'iscrizione funeraria cristiana:



*Innocus puer, nomine Siddi, hic bixit meses
quator, dies biginti quator, petitus in pace III Id(us)
Aprilis, Anicio Auchenio Baso consule.*

30) Livio Andronico, *Odusia: Virum mihi, Camena, insece versutum*

Omero, <i>Odissea</i> 1,1	Ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα, πολύτροπον, ὅς μάλα πολλά...
	Andra moi ennepe, Musa, polytropon, hos mala polla
Omero, <i>Iliade</i> 1,1	Μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος
	Menin aeide thea Peleiadeo Achileos
Virgilio, <i>Eneide</i> 1,1	<i>Arma virumque cano, Troiae qui primus ab oris</i>

31) Nevio:

- *concordes* = ὁμόφρονες
- *bicorpores* = δισώματοι
- *silvicolae* = ὕληκοίται
- *arquitenens* = τοξοφόρος
- *vicissatim volvi victoriam*
- *auspicat auspicium*
- *superbiter contemptim conterit legiones*

32) Ennio

- *olli respondit rex Albai Longai*
olli respondit suavis sonus Egeriai
- *indu foro, induperator*
- *liberorum sibi quaesendum gratia*
- *saxo cere comminuit brum*
Massili portabant iuvenes ad litora tanas
- *hebem per hebetem, praecipite per praecipite, lapique per lapideque,*
homonem per hominem
- *bradys*, “lento”
- *altivolans, suaviloquens, bellipotens, sapientipotens*

33) Virgilio, *Eneide* 4,1-30

At regina gravi iamdudum saucia cura
vulnus alit venis et caeco carpitur igni.
Multa viri virtus animo multusque recursat
gentis honos; haerent infixi pectore vultus
5 verbaque nec placidam membris dat cura quietem.
Postera Phoebea lustrabat lampade terras
umentemque Aurora polo dimoverat umbram,
cum sic unanimam adloquitur male sana sororem:
'Anna soror, quae me suspensam insomnia terrent!
10 quis novus hic nostris successit sedibus hospes,
quem sese ore ferens, quam forti pectore et armis!
Credo equidem, nec vana fides, genus esse deorum.
Degeneres animos timor arguit. Heu, quibus ille
iactatus fatis! Quae bella exhausta canebat!
15 Si mihi non animo fixum immotumque sederet
ne cui me vinclo vellem sociare iugali,
postquam primus amor deceptam morte fefellit;
si non pertaesum thalami taedaeque fuisset,
huic uni forsant potui succumbere culpae.
20 Anna (fatebor enim) miseri post fata Sychaei
coniugis et sparsos fraterna caede penatis
solus hic inflexit sensus animumque labantem
impulit. Agnosco veteris vestigia flammae.
sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat
25 vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,
pallentis umbras Erebo noctemque profundam,
ante, pudor, quam te violo aut tua iura resolvo.
Ille meos, primus qui me sibi iunxit, amores
abstulit; ille habeat secum servetque sepulcro.'
30 Sic effata sinum lacrimis implevit obortis.